



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem& perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Examen Particulare

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54750](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54750)

EXAMEN PARTICULARE

SIve bis, five semel de die fiat, ut non omittatur, securissimum est, ut immediatè post examen generale fiat, porro quomodo cum majori fructu & efficacia id indies faciendum sit, docet sequens

ANIMADVERSIO III.

Circa examen particulare.

SI externus plura per S. P. Nostrum beneficia, corpus & animam quod attinet, à DEO impetret, quàm unus ex Nostris; signum est, quòd majorem etiam præ illo erga Sanctum venerationem habeat & confidentiam, si magis in virtute ac perfectione proficiat; signum quoque est, quòd, mediis à S. P. Nostro hunc in finem suggestis, utatur diligentius. Sæpè inquirimus in media ad perfectionem consequendam aptiora, si practici magis volumus esse, quàm speculativi; nullum adeò divinum inveniemus, & experiemur esse ad eam adipiscendam medium, quàm usum debitum examinis particularis, à S. P. Nostro in orbem introducti. Et sanè, si inveterati peccato es, eo medio indies constanter adhibito, in viros omninò alios paulatim transmutati sunt; an non tu faciliè ea, quæ tibi restant in ordine ad perfectionem, impedimenta, eodem tollere poteris? Securis ergo ponatur ad radicem v. g. Materiam examinis particularis pro singulis mensibus desume ex recollectione,
quam